

quo, & visitatur Parochi Archiepiscopatus Mexicanus demādato Dñi Petri de Contreras Archiepiscopi sic dicit. Secundē nuptiē, non sunt benedicendæ. Ille vero censentur secundā [ut non benedicantur] quæ sunt secundē ex parte fœminæ, quamuis sint primæ ex parte viri. nec refert, an ipsa vidua secundo nubens, sit virgo, vel non: sed an sit semel benedicta: unde, quæ semel nupsit, sed ante benedictiones receptas vidua facta est, cū postea iterum nubit, benedicenda est, & quæ semel est benedicta, non est iterum benedicenda. Ex quo manifeste apparet quod si solutus ducat reliquiam, quæ iam semel receperit benedictiones nuptiales, aut virginem quæ licet eas suscepereit ante Matrimonij consumationem vidua effecta est, tales non debet benedici nuptiæ: nā sunt secundē, deinde, si virgo, aut soluta quæ nūq; fuit nupta nubat viduo, huius modi nuptiē sunt benedicendæ quia primæ, & non secundæ censi debent. Sed his obstat Manuale Mexicanum iussu, & auctoritate Domini Alphonsi de Montufar Archiepiscopi quoddam Mexicanus excussum, ubi præcipitur. Que si qualquiera de los nouios marido, o mujer no oyiere recibido las bendiciones,